

## DOKUMENTE

Prag, Kreuzhermnarchiv.

Rationes Aedificium Archi Episcopale Pragense signantes ab anno 1675  
usque ad annum 1679 inclusive.

Ausgab			
Denen Maurern . . .	6400 fl 30 kr	Sandt . . . . .	68 fl 56 kr
Steinmetzerarbeit . . .	4547 fl 15 kr 3 ʒ	Lemb . . . . .	6 fl 24 kr
Vor Weißenberger Stein	426 fl 2 kr	Vor Sparr Vndt anruet	
Stugkator . . . . .	191 fl 10 kr	Nägl . . . . .	67 fl 33 kr 3 ʒ
Ziegel Tegker . . . . .	264 fl 29 kr 3 ʒ	Vor lätten Nägel . . .	117 fl 2 kr 3 ʒ
Zimmerleuth . . . . .	1437 fl 59 kr	Vor Brett Nägel . . .	279 fl 27 kr
Schmiedt . . . . .	287 fl 18 kr	Vor Ssindel Nägel . . .	53 fl 31 kr
Schloßer . . . . .	1040 fl 40 kr	Vor Stukator Nägel . .	110 fl 19 kr
Topför . . . . .	219 fl 57 kr	Vor Klamer . . . . .	10 fl 22 kr 3 ʒ
Glaser . . . . .	217 fl — kr	Vor Schaufel . . . . .	5 fl 12 kr
Kupfer Schmiedt . . .	161 fl 30 kr	Vor Bretter Vndt	
Klamperer . . . . .	164 fl 45 kr	Posten (PPosten) .	639 fl 34 kr
Drexler . . . . .	50 fl 14 kr	Vor Lattern . . . . .	54 fl 37 kr 3 ʒ
Wasserhütter . . . . .	25 fl — kr	Vor Schindel . . . . .	68 fl 26 kr
Mahler . . . . .	337 fl 10 kr 3 ʒ	Vor Vnterschiedliche	
Tischler . . . . .	1463 fl 15 kr	Holtz . . . . .	176 fl 3 kr
Flasterer . . . . .	110 fl 27 kr	Vor Schielf . . . . .	22 fl 18 kr
Wagner . . . . .	18 fl 30 kr	Vor Plech . . . . .	273 fl — kr
Leimbgraber . . . . .	51 fl 34 kr	Vor Vnterschiedliche	
Führen . . . . .	1324 fl 42 kr	Notturften Vndt	
Handtlanger . . . . .	395 fl 42 kr 3 ʒ	Ausgaben . . . . .	651 fl 42 kr 3 ʒ
Kalch Vndt Ziegl . . .	4473 fl 38 kr	Latus . . . . .	2604 fl 28 kr 3 ʒ
latus	23608 fl 58 kr	Summa außgab:	26213 fl 26 kr 3 ʒ

Kloster Strahow. Annales D.J. III. 4. 1682.

Cum Reverendissimus Dominus Hyacinthus non sine dolore conspiceret Religiosos nostros in Conventu, quod dormitoria miserrime accommodatos et magna incendiū damna, quae ex ligneo aedificio facile provenire possent, assidue formidaret, misertus laudem fratrum suorum animo novo Conventui aedificando admonuit, et in Maio anni huius intentionem suam executione mandare cepit. Inchoatum est autem aedificium novum a parte Conventus Anteriori orientem seu Civitatem versus se porrigente, quo loco antea parvus hortus dividens Conventum et Abbatiam situs erat, et Conventum cum Abbatiali aedificio exterius immediate connectente, ita ut praefatus hortulus qui antea erat patulus novis muris quadratis circumcinctus in medio persisteret. Directorem aedificii agebat Dominus Matthaeus Burgundus, alias Celsissimi nostri Domini Domini Joannis Friderici à Waldstein Archi-Episcopi Pragensis Architectus ordinarius plurimum commendatus. Speculabatur ille per omnem modum, qua ratione Conventus noster quoad aedificia prorsus inordinatus in meliorem et commodiorem formam reduci posset, muris antiqui Conventus principalioribus, ut sumptibus parceretur, conservatis: Sed locum modumque aptiorem quam hunc ipsum, ubi et secundum quem aedificium caeptum est, non invenit. Domino Hyacintho displicebat Architecti conceptus ex duobus capitibus; primo quidem quod ob diversam situationem Abbatiae et Conventus angulosque nimis discrepantes, aedificium illud intermedium novum, utrumque Abbatiam scilicet et Conventum connectens non potuerit ad angulos rectos deduci, et si utraque ex parte linea parallela seruanda esset, cornu novi aedificii cuspidatum seu germanica phrazi „Spießbeckig“ evaderet. Secundo quod ambitus Conventus, maxime in infirma sui parte nimis angustis videretur. Auditis tamen et ponderatis Architecti rationibus, ob quas aedificium aliter, sine maximis expensis et murorum antiquorum ruinis fieri non possit, et quomodocumque res institueretur, maius inconveniens et inordinatio esset secutura, acquievit tandem